

HUC V. KREIER

COMPOSITUS

ET CONSCRIPTUS

A VENRABILI PATRE PEDÉ

1

SERIES  
MONACHORUM  
PROFESSORUM CARTUSIÆ  
B.V.MARIÆ DE CAPELLÂ,  
ET ILLORUM QUI IN ILLÂ PRIORIS  
MUNUS EGERUNT.

*ab initio Fundationis ejusdem Domus aº 1314*

*ad Annum 1762.*

*P̄ræmonitum.*

*Impossibile fuit in hoc Opere rectum et verum Ordinem exhibere professionis aut obitus uniuscujusque Religiosi, quia defuerunt ad hoc necessaria Documenta; deest etiam Cartarum Capituli nostri generalis maxima pars. Quæ hic notavimus, non leviter studio excepti⁹ ex sibis et litteris Domus in Procuraturâ; ex antiquis Calendarijs, in quibus quidem dies obitus describuntur sed omissi sunt anni: et ex antiquis Chronicis Capella quorum primum auctore V. P. domino Arnaldo Beeltricen. in multis vitiosum invenimus, nec mirum; nam ad Procuraturam accessum bonus Pater non habebat, et varia refert ex auditu: secundum optimè scriptum est a V. P. Joanne Ammonio de Harenâ Confratre nostro, sicut alter, et fidele credendum est; nam omnium fere quæ scripsit Testis fuit oculatus.*

*Scribunt omnes quod prima Colonia vel primi dantes*

nostri Domum hanc noviter fundatam inhabitaturi  
venerint ex Domo nostra de Macourt, tunc propè Va-  
lencenæ; sed qui illi fuerint aut quibus vocati nomi-  
nibus vel an sic manserint et defuncti sint, reū redie-  
rint nusquam invenire possumus nec hic nec Valencenæ:  
facet super hoc omnino auctor antiquioris Chronici  
nec quidem in Catalogo quem refert Religiosorum  
illorum qui ante annum 1390 defuncti sunt, tales dis-  
tinguit a ceteris. In tantâ obscuritate cum melius  
nec possimus nec valeamus, coacti sumus sequi aucto-  
ris primi illius Chronici Catalogum predictum quoad  
Defunctorum illos ante annum 1390, uno vel altero excep-  
to quos adhuc in sequenti saeculo viuissim invenimus.

D. Robertus primus Prior hujus Domus  
primum hic locum obtinebat. is prout scribit Beeltrus  
professus erat Domus Vallis sti Petri. hic a° 1314. dicitur  
martis post s. Nicolaum hyemale, munitus litteris  
commendatib⁹ s. Mariae videlicet Gerardi Dni Angiensis, et  
Gerardi de Sotengien periret Cameracum sollicitatus.  
consensum Episcopi et Abbat⁹ s. Auberti pro erectione  
nova Domus in hoc loco, quorum litteras inde retulit.  
obit 17 februario quo anno Deus scit. fuit hic Prior  
per tres annos.

*C. T. de Meldert prof. D. .... quondam Pri-  
or hujus Domus. obiit 26 Septemb⁹. Anno 1317 erat  
30 may Prior hujus Domus <sup>anno</sup> qui ille suponitur multis ratio-*

*nibus. hic idem erat Prior in Pelehem anno 1330.*

D. Joannes Adam prof. D. .... initio fundatio-  
nis hic etiam praefuit obiit 13 Xbris.

D. Joannes de Bouchouate prof ut credimus hujus

Domus in qua annis 1319 et 1321 procuraturam gerebat et ad Prioratum pervenit paulo post. erat autem in hac domo Prior Anno 1328 dum in Adventu Domini cum Priori Domus Antverpiæ a Reverendo Patre Generali commissionem accepit examinandi possessiones et redditus quos viri nobiles Dominus de Dies cum socio D. Joanne de Ranchoven offerebant pro fundatione. Domus novæ propè Diecethemium: et Dom<sup>m</sup> Joannes Sheylinef Consiliarius Comitis Flandriae pro fundatione alterius Domus propè Gerardimontem. quæ ultima ex parte Ordinis acceptata verè similiter eo missus fuit Prior, nam in Sylvâ S. Martini Prior erat anno 1332 usque ad 1335 inclusive. obiit autem 4<sup>th</sup> Aprilis.

D. Salomon hic numeratur Prior cuius obitus in Calendario ad 20<sup>th</sup> Februarij.

D. Colardus alias Nicolaus Dezen, Angiensis prof. hujus Domus a cuius matre D<sup>a</sup> Patarina de Ameÿden multa mobilia recepimus. fuit hujus Domus Procurator ab anno 1329 ad annum usque 1340 et forsitan ultra obitus hujus in Calendario 26<sup>th</sup> Novembris.

D. Symon Prior Capelle anno 1343 ad annum usque et forte ultra 1347. obiit 24 may.

D. Gerardus de Santen alias Sants prof. hujus Domus, receptus anno 1338 professus anno Sequenti 1339. ante ingressum Ordinis clericus Secularis notabilis. Procurator erat anno 1344 usque 1347 et forsitan ulterius. hic scripsit originales libros de redditibus et bonis que tunc possidebamus nitidissimo charactere qui adhuc sunt in Procuraturâ. corxit item Bibliam quæ dicebatur antiqua, et scripsit egregius scriptor multos pulchros libros etiam Cantuales. habitavit in Jelhem et in domo Leody in quâ obijse creditur; anno 1371, 15<sup>th</sup> Martij.

D. Joannes de Hontscote Prior hujus Domus cuius obitus invenitur in Calendario ad 16<sup>th</sup> Februarij.

Dabo hic ceteros hujus Domus Prioris quorum tempus praesidentia dubium est qui tamen scribuntur in

kalendario antiquiore hujus Domus hoc saeculo fuisse  
Priores.

(D. Joannes Heiste professus Domus Vallis gra-  
tie prope Brugas, Prior hujus Domus qui obiit 7<sup>th</sup> Ja-  
nuarij.

D. Jacobus de fideherche prof. Domus 5<sup>th</sup> alder  
quondam proprie 5<sup>th</sup> Audomarum Prior hujus Domus, sub quo  
inita est associatio hujus Domus cum domo Sylva 5<sup>th</sup>  
martini sub eorum Prior D. Joanne Dotel circa Pascha  
anno 1377 et 14<sup>th</sup> July anno 1378 associatio nostra cum  
domo Sandensi sub illorum Prior D. Joanne de Stoet.  
Inus D. Jacobus erat hic Prior annis 1358, 1359 et  
1360 forsitan idem est. obiit prout nostrum calendarium  
24<sup>th</sup> Januarij (credo) Prior in domo sua professionis.

D. Petrus Naghel Alostanus prof. hujus Domus  
circa annum 1343 nam haec anno invenimus eum hic  
fuisse adhuc in habitu seculari vel clericali, quia scri-  
bitur quod fuerit ante ordinis ingressum clericus. hunc  
videmus hujus Domus Priorum annis 1370 et 1373  
quibus consideratis debet praecedens D. Jacobus fuisse hic  
secundo Prior constitutus quod est possibile. obiit Petrus  
hic 2<sup>nd</sup> May 1395.

D. Petrus de Prussia prof. Domus Seodij Prior  
hujus Domus simul et Rector constitutus Domus paupe-  
ris Sylve S. Martini. de eo dubitatur an idem non sit  
quem Raissius ad 2<sup>nd</sup> marty vocat anonymum, qui causa  
orti schismatis in Ecclesia a 1373 Sandavum fugit quae  
Civitas prout Cartusia nostra. partes tenebat Urbani Lon-  
tificis. Calendarium nostrum habet obitum hujus Petri  
ad 2 Augusti, et invenimus alibi annum scilicet 1388.

D. Jacobus Naghel Alostanus et frater supradicti  
Petri Naghel, hic non invenitur in Pathologo Priorum  
quem habet Pronicon, sed est in Registro nostro Antiquarum  
Litterarum una littera que est de anno 1395 que vocat  
illum hujus Domus Priorum, unde inter illos numerandus est.  
anno 1370 erat hic Conventualis et anno 1390 Procurator.